

re, fupideque nationes, quæ, morum honeftate ditatur, brutalem vitam ducunt; fed gentes cultæ, morateque, quales fuere femper plurimæ; & infigniores mundi populi, ut Iudæi, Græci, Romani, & potiffimum Europæi.

IV. Plures diftingere ius gentium in primarium, & fecundarium. Ius primarium in naturali hominum intinftu, ius fecundarium in hominum ulu & confuetudine collocant. Sed hanc diftinctionem ut futilem reijcimus. Alii negant ius gentium proprie dictum, hoc nifi fundamentum, quod nunquam gentes fimul coiverint ad ius illud inftituendum: quod vanum commentum ipote corruit. Nec enim neceffe fuit ut gentes omnes, vel plurimæ una convenirent, & matuum confenfum verbis experirent; fed fat fuit confenfus tacitus, quo cultiores gentes omnes in certas fixasque regulas, feu leges confpirarent. Nonne gentes mutuum inter fe locietatem invivere? Societates iftæ confiftere ne abique ulla lege poterant? Qua ratione inire federa, agere commercia, celebrare contractus, plectere fraudes, & dolos poterant, nifi pacta, & leges ftatuerent, ad quarum amiffum formare & dirigere officia fua poffent? Porro has leges, tacito & uniformi confenfu latas, ius gentium appellamus. Hæc quoque indicavimus, eifdem iuris neceffitatibus evincunt.

V. His delibatis, dico, ius gentium a naturali omnino difiunctum effe. Nam obiectum iuris naturalis, ut vidimus, funt actiones quæ natura fua intrinfeccam habent honeftatem, vel turpitudinem; atque adeo neque neceffario præcipienda, aut vetanda. Iuris gentium obiecta non funt intrinfeccæ neceffario honeftæ, aut turpia, atque adeo neque neceffario præcipienda, vel prohibenda, quamvis maxime utilia ad finem præftitutum. Idque indicando quo ius gentium præcipit, aut prohibet, palam fit. Iure gentium bonorum divilio, admiſſio legatorum, tranſitus viarum, & cetera plura introducta funt. Ius gentium veto veneno interficere etiam in iullo bello hoſtem, recitare abique legitima caufa legatos. Quæ omnia natura fua nec honeftatem, nec turpitudinem neceffario produunt.

VI. Aliqua quæ ad ius gentium pertinent, ſcriptis conſignata funt, ut illa quæ federa, pacta, & cetera id genus ſpectant. Cauſa efficiens iuris gentium funt gentes ipſæ. Nec aliusvis momenti eſt quod obtrudit Puſſendorſius *loc. cit.* quod gentes ipſæ ſubiectæ funt huic iuri. Ius autem quodlibet a ſupe-

riore rogari debet. Nonne Communitates Reipublicæ leges condant, ſimulque eifdem legibus ſubiiciuntur? Fatemur tamen, ſummam cum iure natura ius gentium propinquitatem habere. Adeo enim recte rationi congruum eſt, ut, quali impellente, ſeu infligente natura, fuerit unanimi conſenſu receptum. Tamen quia ea quæ præcipit, aut vetat, non continent neceſſariam intrinſecam maliſiam, aut honeſtatem, ſed mutationi propriæ & formalit obnoxia funt; ut palam eſt in partitione honorum, quorum exactam communitatem ſervabant Chriſtiani primi, ſervantque nunc plures, & in captivitate ſervorum, & in aliis pluribus; idcirco a iure natura: proſus diſtinctum eſt.

VII. Dividi ius gentium communiter ſolet in affirmativum, & negativum; in proprium, & minus proprium. Ius gentium præle acceptum illud eſt quod, ut iam deſcripi, comprehendit ea quæ natura nec iubet, nec vetat; ſed tacito conſenſu, moribus, & conſuetudine in communem omnium vel plurimarum gentium utilitatem, & commodam invecſta fuerunt. Talia funt I. *legatorum*, qui ab uno Principe, Republica, Communitate ad aliam deſtinantur, acceptatio; quæ acceptatio iure natura nec prohibet, nec præcipit. II. *Publicæ eorum ſecuritas*, ut communia peragere negotia valeant Communitatis, ſeu Principatus nomine. III. *Prohibitio*, ne arma, aut fontes veneno inficiantur. IV. *Ne hoſtes per ſicarios dolo, & prodicione occidantur*. V. *Fœdera pacis, & induciarum*, quæ licet, poſtquam inſta funt, iure natura obſtriant; quoad inſtitutionem tamen, petitionemque iure gentium funt inſtituta. VI. *Servitus*, ſeu potellaſ utendi captivus iullo bello captis. VII. *Commerciolorum procuratio* inter nationes non inimicas. VIII. *Ius leſultura: IX. Bonorum partitiō*. Exempla iuris gentium *minus proprie* accepti funt I. *Munitio civitatum*. II. *Permittio rerum*. III. *Ius poſſidimium*. IV. *Uſus panis pro cibo*, iura acquirendi bona, & nonnulli alii contractus. V. *Deſenſatio certi ſtatus hominum ad offerenda Deo ſacrificia*.

VIII. Ius iſtud obligat in conſcientia plus minusve, iuxta materiæ gravitatem maiorem, aut minorem. Immo huic iuris violatio tantum apud omnes gentes ſceleris prodiſt, ut eiuſdem violator; non modo culpam contrahant in divino conſpectu, ſed et inſuper, & publicæ tranquillitatis hoſtes reputentur. Quare ius iſtud obſtrigit omnes; & poſſiſſimum orbis terrarum Principes, Reges, Imperatores, & omnium Communitatum ca-

pita. Secundum illius iuris regulas dirimuntur litæ, & diſſidia inter ſupremas Potellaſtes. Plura funt iura civilia in quocumque ſtatu, extra quem non tranſiunt. Verum quæ iure gentium invecſta funt, populos omnes obligant. Quare Principes, ſupremæque Potellaſtes non modo proprii ſtatus, ſed omnium populorum, quibulum commercium & negotia habent, pacem, tranquillitatem felicitatemque ſpectare, & cavere eius perturbationem ſummopere debent.

IX. Illud tamen animadvertendum, mutationi obnoxia eſſe, ut iam dictum eſt, ea

quæ iure gentium comprehenduntur. Mutari poſſunt non ulu, & deſuetudine; temperari, roborari iuris civilis decretis apud unam gentem, & non penes alteram. Rationem mutabilitatis iam dedi, quia nempe ea quæ hoc iure aut præcipiuntur, aut prohibentur, intrinſecam bonitatem, aut maliſiam neceſſariam non continent. Licet tamen omnia mutabilia ſint, reſpica tamen fieri moraliter nequit ut omnia mutantur: quandoque plura ita publicæ utilitati conſentanea ſunt, & utilia, ut abique iſdem tranquillitatis publicæ conſiftere nequeat.

## DISSERTATIO III.

DE LEGE POSITIVA DIVINA VETERE, ET NOVA.

## PRÆLOQUIUM.



Egi naturali, de qua hæſtens, ſuccedit lex poſitiva voluntaria, in divinam, & humanam tributa. Hanc diſſertationem, quæ circa divinam legem verſatur, duobus capitibus concludam. In primo legem veterem, in altero novam exponam. Si materia valideret, dignitatem, excellentiam, & utilitatem ſpectes, ampla eſſe deberet diſſertatio noſtra. Verum, quia longum iter ſuperet, plura paucis perſtringam, ne utriusque legis lectorem meum ieiunium reliquam. Plura de evangelicæ legis ſpiritu, & ſine dicturi ſumus in *Tom. I. Apparatus ad Theologiam Chriſtianam*. Quapropter illic lectorem uberius cupientem remitto.

## CAPUTI.

Lex Moſaica bona, a Deo lata ſoli populo Iudæo. Eius ſanis, præcepta, & abrogatio.

I. PRIMA lex quam Deus mundo intimavit, eſt Moſaica. Præceſſerunt utriusque aliqua divina præcepta, quæ tamen legis universalis denominationem non ſubierunt. Præceptum intimavit Deus Adæ in ſtatu innocentie. Poſt lapſum aliqua idem præſcripſit Deus, quæ ſpectant ſacramentorum uſum, quo tum adulti, tum infantes a peccati originalis macula mundantur. Item ante diluvium animalium quedam munda, quedam immunda reputata fuere, ut legitur *Gen. vii. Et poſt diluvium Deus præcepit Gen. ix. Car-*

nom cum ſanguine non comeditis: ſanguinem enim animarum veſtrarum requiram. Diſcretio illa animalium ſacrificia tantum ſpectabat; cum probabilis ſit ante diluvium non obtinuiſſe conſuetudinem eius carniarum. Hæc tamen, ut dixi, præcepta fuerunt peculiaria, quæ legem præle acceptam non conſtituunt.

II. PRIMA lex proprie dicta quam Deus ogavit, eſt illa quam Moſes Dei iuſſu propulſavit, idcirco Moſaica nuncupata. Adverſus hanc legem hæretici plures blaſphemarunt primis Chriſtiane Eccleſiæ ſæculis. Propugnant ſecleſti homines duo principia, bonum unum, malum alterum. Legem veterem a malo Deo fuiſſe latam docebant Simoniani, Carpocratiani, Cerdoniani, Valentiniani, & omnium impudentiſſime Manichæi, quorum infamiam ſtrenue reſpreſit S. Auguſtinus.

stinus. Pelagiani contra plus iusto legem extollebant, contententes illa sola homines iustificari asequi, ut narrat S. Augustinus Lib. IV. contr. duas epist. Pelag. cap. v. Rorjus in laudem legis quid est predesti quod contra Manicheos verum dicitur; quando ex hoc ad illud velunt ducere quod falsum contra Catholicos sentiunt? Dicunt enim: legem etiam veterem secundum Apostolum iustam, & sanctam, & bonam faterentur, que custodiendis mandata sua, ac per fidem iuste omnibus, sicut Propheta, & Patriarchis, omnibusque Sanctis, vitam potuit conferre perpetuam. Quibus verbis callidissime positis, legem contra gratiam laudant. Neque enim lex illa, quamvis iusta, sancta, & bona, omnibus hominibus dicitur, sed fides, que in Christo est, vitam potuit conferre perpetuam.

III. Bonam esse, utilemque legem Mosaicam demonstrat S. Thomas 1. 2. qu. xviii. art. 1. tum auctoritate, tum ratione. Christus Dominus Matth. vii. dicit: Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus quod precepit Moyses. Item S. Paulus ad Rom. vii. ita que lex quidem sancta, & mandatum sanctum, iustum, & bonum. Ratio quam exhibet S. Thomas, hac est. Dicendum, quod aliquid omni dubio lex vetus bona fuit. Si enim doctrina offenditur esse vera ex hoc quod consonat rationi; ita etiam lex aliqua ostenditur esse bona, quod consonat rationi recte. Lex autem vetus rationi consonabat, qua concupiscentiam reprimebat, que rationi adversatur, ut patet in illo mandato: Non concupisces tunc proximi tui, quod prohibet Exodus xx. Ipla etiam omnia peccata prohibebat, que sunt contra rationem.

IV. Fuit a Deo vero lata lex Mosaiica, sicut a Deo malo, ut prafati heretici blasphemabant. Fuerunt alii qui effutiere, partim conditam a Deo esse, partim a Moyle, & partim a semioribus populi: que omnia, ut vana deliria, deridentur. Innumera sunt legis nove testimonio que vero Deo legem Mosaicam adscribit. S. Paulus ad Rom. cap. i. Vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium dicit, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis. Item ad Hebræos cap. i. Multisferiam multique modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio. Rationem prodit S. Thomas loc. cit. art. 2. Christus est verus Filius Dei vivi. Porro lex vetus homines ad Christum suscipiendum, credendumque disponebat. Ergo idem Deus qui misit Filium suum in mundum, legem illam tulit que in hunc finem perducebat. Lex enim ve-

tus, inquit S. Doctor, homines ordinabat ad Christum dupliciter. Uno quidem modo, testimonium Christo perhibendo... Alio modo per modum cuiusdam dispositionis, dum retrahens homines a cultu idololatriæ, concludebat eos sub cultu iugis Dei, a quo salvandum erat humanum genus per Christum. Si plura cupis, consule S. Thomam.

V. Universam legem, & non partem duntaxat, datam a Deo fuisse, testatur Moyses Exod. xxiv. Narravit plebi omnia verba Domini, atque iudicia: responditque omnis populus una voce: Omnia verba Domini quolubens est, faciemus... Omnia que locutus est Dominus, faciemus, & erimus obediens ei. Sed quod tempus tero in re manifesta demonstranda?

VI. Modus quo lata lex fuit, perspicue describitur Exod. xix. & xx. Narratur in monte Sinai legem hanc datam fuisse: subditur etiam in monte Horeb. Sed idem mons duplici nomine appellatur. Annus quo promulgata hæc lex fuit, teste S. Paulo ad Galat. iii. quadringentesimus trigentesimus est a divinitus promissione Abraham facta. Disputant Theologi, fuerit ne lex ista a Deo immediate, an ministerio Angelorum lata? Ipsi Patres dissident. Iustinus, Irenæus, Clemens Alexandrinus, alique plures datam volunt per verbum divinum, quod sub magno Angeli nomine intelligebant. Oppositum sentit S. Augustinus cum aliis. Probabilior sententia est, legem istam Angelorum ministerio Moysi revelatam fuisse. Hanc assignat congruentem rationem S. Thomas cit. quest. art. 3. In omnibus potestatis, & artibus ordinatis ille qui est superior, principalem, & perfectum actum operatur per seipsum; ea vero que disponunt ad perfectionem ultimam, operatur per suos ministros; sicut navifactor compingit navem per seipsum, sed preparat materiam per artifices subministrantes. Et ideo conveniens fuit ut lex perfecta novi testamenti daretur immediate per ipsum Deum hominem factum; lex autem vetus per ministros Dei, scilicet per Angelos, daretur hominibus.

VII. Soli populo Iudæorum intimata hæc lex fuit, ut habetur Deut. iv. Que est enim alia gens sic inclita, ut habeat ceremonias, iustaque iudicia, & universam legem? Ratio huius est sola, & impercrutabilis Dei voluntas. Hanc Deus legem promissit sanctis Patriarchis, Abraham, Isaac, Iacob. S. Thomas loc. cit. art. 4. hanc congruentiam perhibet. Posset una ratio assignari quare potius populo Iudæorum data sit lex quam aliis populis: quia, aliis populis ad idololatriam declin-

nantibus, solus populus Iudæorum in cultu unius Dei remansit: & ideo alii populi indigui erant legem recipere, ne sanctium caribus daretur. Sed ista ratio congruens non videtur: quia populus ille etiam post legem latam ad idololatriam declinavit, quod gravosus fuit. Ideo, hæc missa congruentia, subdit postquam hæc legem dedisse populo Iudæo, ut completeretur verbum suum Dominus, quod sub iuramento pollicitus est patribus suis, Abraham, Isaac, & Iacob... Si autem rursus queratur, quare huic populo elegit, ut ex eo Christus nasceretur, & non alium; conveniet responso Augustini, quam dicit super Ioannem: Quare huic trahat, & illum non trahat, nisi vellet idicare, si non vis errare.

VIII. Si uni Iudæorum populo data hæc lex fuit, solos ne Iudæos obtrinebat? Hanc quoque difficultatem proponit S. Thomas loc. cit. art. 5. responderetque, ceteros populos gentiles astrictos fuisse servare omnia precepta naturalia, non quia continentantur in Molaiica lege, sed quia a lege nature, a ratione predictis obligantur, præscripta erant; a ceteris vero preceptis peculiaribus legis Mosaicæ solutos omnino fuisse. Ratio evidens est. Quoniam nulla lex obligat nisi eos quibus imponitur. Lex Mosaiica solis impolita Iudæis fuit. Ergo istos solos astrictos. Et re ipsa plures gentiles, a lege circumcisionis liberi, quorum caput, & sacerdos fuit S. Melchisedech, salvi facti sunt, quia verum Deum colebant, & iuris nature precepta observabant. Gentiles tamen, qui populo Iudæo astrictabantur, Mosaicæ legi subiecti erant; ut declaratur Exod. xxi. Si quis peregrinorum in vestram urbem transire coloniam, & facere phase Domini, circumcidetur prius omne masculinum eius, & tunc rite celebrabit, eritque sicut indigena terre.

IX. Nec est quod opponas, frustra gentiles suscepisse iugum Mosaicæ legis, quando a tali iugo soluti asequi salutem poterant. Quoniam respondet S. Thomas loc. cit. art. 5. ad 3. Quod gentiles perfectius, & securius salutem consequerantur sub observantis legis quam sub sola lege naturali: & ideo ad eas admittabantur. Sicut etiam nunc laici transeunt ad Clericatum, & saculares ad Religionem, quamvis aliqui hoc possint salvari. Nec Christus redemptus Phariseos, & Scribas, quod gentiles ad religionem iudæicam convertere studebant, sed quod eos ad pharisaicas traditiones servandas adducerent. Inquit quippe Christus Dominus Matth. xxiii. Ve vobis Scribis, & Phariseis hypocritis, qui circuitis mare, & aridam, ut faciat unus pro-

fectum; & cum fuerit factus, facitis enim filium gehemæ duplo quam vos. Et revera illi qui ad aliquam communitatem, in suis legibus servandis relaxatam, alios adducunt, prævis suis exemplis illius læpe efficiunt duplo nequiores.

X. Finis legis Mosaicæ eo pertinebat, ut homines disponeret, prepararetque ad Christum Dominum suscipiendum, qui venit non soluturus, sed impleturus legem. Quare lex illa non iustificabat homines, sed iustificationem quibusdam ceremoniis figurabat. Quare, licet soli Iudæi subiecti eisdem legis oneri essent; tamen, quatenus lex illa portendebat Christum venturum, & significabat que per ipsum implenda erant, comprehendebat omnes. Nemo quippe falsum assecutus æternam est, vive ante, sive post Mosaicam legem, aliquid fide aut implicita, aut explicita in Christum Redemptorem.

XI. Precepta Mosaicæ legis ad tria genera revocantur, videlicet ad moralia, ceremonialia, & iudicialia. Quæ partitio describitur Deut. v. Tu vero hic fac mecum, & loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias, atque iudicia. Precepta moralia ad naturalia, & ceremonialia, & iudicialia ad voluntaria, sive positivam legem pertinent. Cetera omnia que in Mosaiica lege continentur, aut non sunt precepta, aut ad hæc revocantur. Fuerunt in eadem lege plura consilia de rebus tum moralibus, tum ceremonialibus, tum iudicialibus. In re moralibus vota, ut habetur Deut. xxiii. Cum votum eversit Domino Deo tuo, non tardabis reddere. In re ceremonialibus fuerunt spontaneæ obligationes. Narratur enim Levit. xxi. Ut obtulerit oblationem suam, vel vota solvens, vel sponte offerens, quidquid illud obtulerit in holocaustum &c. Tandem in materia iudiciali hæc narratur Exod. xxii. Si pignus a proximo tuo acceptis vestimentum, ante solis occasum reddes ei: ipsum est enim solum quod operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat. Urgens necessitate, sub precepto hæc cadunt; sed, necessitate ablata, consilii sunt. Quæ omnia perspicue de more explicat Angelicus 1. 2. quest. c. art. 2. Nam virtutes intellectuales ordinant bene actus rationis in se ipsis; virtutes autem morales ordinant bene actus rationis circa interiores passionibus, & exteriores operationes. Et ideo manifestum est quod lex divina convenienter disposuit precepta de actibus omnium virtutum; ita tamen quod quædam, sine quibus non potest, qui est ordo rationis, observari non potest, cadunt sub obligatione precepti & quædam vero



Mensa autem apponebatur ad significandum quod Sacerdotes templo deservientes in templum ipsum habere debebant. Unde duodecim panes superpositos mensae, in memoriam duodecim tribuum, solis Sacerdotibus edere licitum erat, ut habetur Matth. XII. . . In atrio vero extra tabernaculum condebatur altare holocaustorum, in quo offerbatur Deo sacrificia de his quae erant a populo possessa. Et ideo in atrio poterat esse populus, qui huiusmodi Deo offerrebat per manus Sacerdotum; sed ad interior altare, in quo ipsa devotio, & sanctitas populi esset, non poterat accedere nisi Sacerdotes, quorum erat Deo offerre populum. Est autem hoc altare extra tabernaculum in atrio constitutum ad removendum cultum idololatricae. Nam Gentiles intra templa altaria consistebant ad immolandum idolis. Figuratis vero ratio omnium horum assignari potest ex relatione tabernaculi ad Christum qui figurabatur. Plurima docere perlegitur scilicet digna, quae consilire poterit.

XX. Vasa erant plurima diversi generis. Mortaria, labetes, hydrie, acerbula, phiales, thuribula, cithari &c. Diversae quoque erant sacerdotales vestes. Sacramenta duplicis generis: alia ad totum populum, ut circumcisio, efus agni paschalis, purificationes, expiationesque a peccatis; alia ad solos Sacerdotes atque ad altare, ut raso capillorum, ablutio pedum, comestura panis propositionum. Haec omnia Christum futurum, eiusque legem praenuntiabant. Circumcisio baptismi, agnus paschalis Eucharistiam, expiationes sacramentum penitentiae portendebant. Observantiae legales diversae similitur erant, ut discretio ciborum, abstinencia a sanguine, ab adipse, ieiunia Nazarenorum, vota, solemnitates, certus vestitus usus.

XXI. Praecepta iudicialia regimen populi spectabant. Quatuor ordines distinguunt S. Thomas I. 2. quae. civ. art. 4. in quolibet hominum societate. Quadruplex autem ordo in aliquo populo inveniri potest. Unus quidem Principum populi ad subsidium; alius autem subditorum ad invicem; tertius autem eorum qui sunt de populo ad extraneos; quartus autem ad domesticos, sicut patris ad filium, uxoris ad virum, & domini ad servum. Et secundum istos quatuor ordines distinguuntur praecipua iudicialia veteris legis. Dantur autem quaedam praepcepta de institutione Principum, & officio eorum, & de reverentia eis exhibenda; & haec est una pars iudicialium praepceptorum. Dantur etiam quaedam praepcepta pertinentia ad concordes ad invicem; puta circa emptores, venditores, & iudicia, & parricid.

& haec est secunda pars iudicialium praepceptorum. Dantur etiam quaedam praepcepta pertinentia ad extraneos; puta de bellis contra hostes, & de susceptione peregrinorum; & advenarum: & haec est tertia pars iudicialium praepceptorum. Dantur etiam in lege quaedam praepcepta pertinentia ad domesticas conversationes, sicut de servis, & uxoriis, & filiis: & haec est quarta pars iudicialium praepceptorum.

XXII. Pro quolibet horum ordinum coetu constituit Deus praepcepta iudicialia. Praepcepta quae ad principum regimen attinent, describit S. Thomas I. 2. quae. civ. art. 1. Animadvertit ille, in quolibet ordine Principum duo esse spectanda. Unum, ut omnes aliquam partem habeant in Principatu, quia hoc pacis servanda idoneum est; & hunc ordinem amant omnes. Alterum speciem regiminis spectat, quae sunt diversa Principatum genera. Praecipua sunt Regnum, in quo unus praesidet, praecipitque; & Aristocracia, seu potestatis optatum. Unde inquit, optima ordinatio Principum est in aliqua civitate, vel regno, in quo unus praesidet secundum virtutem qui omnibus praesit; & sub ipso iusto aliqui principes secundum virtutem: & tamen talis principatus ad omnes pertinet, tum quia eius omnes eligi possunt, tum quia etiam ab omnibus eliguntur. Talis vero est omnis politia bene commixta ex regno, in quantum unus praesit; & aristocracia, in quantum multi principantur secundum virtutem; & democratia, id est potestate populi, in quantum ex popularibus possunt eligi principes; & ad populum pertinet electio Principum. Et hoc fit institutum secundum legem divinam. Nam Moyses, & eius successores gubernabant populum, quos singulariter omnibus principantes, quod est quaedam species regni. Eligebantur autem septuaginta duo seniores secundum virtutem. Plura alia ibidem legito.

XXIII. Animadvertendum autem, modum eligendi Principis Israeliticum non esse praescriptum in Scriptura, ut ipse S. Thomas advertit: quoniam Deus sibi reservavit hanc electionem: idcirco regimen Israeliticum non fuit nec monarchicum, nec aristocraticum, sed theocraticum; & utque ad Saulem eiusmodi theocraticum perduravit. Populus ad mala populi se ferre recusat regimen iudicum, quos Deus ipse post Moysen, & Ioseph eligebat; ideo petit a Samuele Regem. Samuelli idcirco ferenti respondit Deus I. Reg. VIII. Audi vocem populi in omnibus quae loquuntur tibi: non enim te abiecerunt, sed me. Plura quae huc pertinent, legere apud S. Thomam poterit loc. cit.

XXIV.

XXIV. Legem Moisaicam abrogatam a Christo Domino, negarunt Cerinthus, & alii haeretici, qui circumcidentes Christianos contendebant; sed antiquam docerunt semper Catholici, evangelicis testimonis nixi. Lucas quippe XVI. dicitur: Lex, & Prophetae usque ad Iosaphem. Item S. Paulus ad Galat. III. Lexpeccatorem nosse non fuit in Christo. At ubi noni fides; iam non sumus sub pedagogo. Et ad Rom. VI. Non estis sub lege, sed sub gratia. Tandem Apostoli abrogatam in Concilio Hierosolymitano declararunt legem, ut narratur Act. XV. Abrogatio haec caeremonialia, & iudicialia, secus moralia comprehendit, mandata. Plures istius abrogationis congruentes rationes perhibet S. Thomas I. 2. quae. CIV. art. 3. Manichaei, quibus, ad hoc quod attinet, accessit Lutherus, non modo caeremonialia, & iudicialia, sed etiam moralia praepcepta abrogata fuisse contendebant. Errorem hunc explodit Catholici, & non afferunt Decalogum descriptum in lege Moisaica obligare omnes. Disputant dumtaxat Theologi catholici, obligent ne eiusmodi mandata decalogica, quatenus lege naturae, a simul quia lege Moisaica lata sunt. Disputatio tanti non est, ut examen nostrum exigit.

XXV. De tempore quo abrogata est, disputatum fuit. Sed vera sententia est, ante Christi mortem non cessasse. Siquidem Christus, quod vixit, eam servavit, & circumcissioni se subiecit. Tunc itaque obligare desit vetus testamentum, cum novum promulgatum fuit: quod post Christi mortem contigit. Dissidit Theologi, quodnam temporis intervallum mors Christi includat. Alii defendunt, comprehendi totum tempus quod fluxit a die mortis usque ad resurrectionem. Alii usque ad Pentecosten extendunt, contendentes, Moisaicam legem viguisse usque ad Spiritus sancti apparitionem. Communior, & mihi probabilior sententia est, legem Moisaicam desisse continuo ac Christus Dominus mortem optet: quoniam tunc velum templi scissum fuit, translatusque Sacerdotium; & ipse Christus Dominus exclamavit: Consummatum est.

XXVI. Quamvis lex Moisaica statim post Christi mortem obligare desierit, tamen non illico illius observatio noxia fuit. Animadvertit S. Thomas I. 2. quae. CIV. art. 4. quod omnes caeremoniae sunt quaedam protestationes fidei, in quae consistit interior Dei cultus. Sic autem fidei interiori potest homo protestari factis, sicut & verbis: & in utraque protestatione, si aliquid homo factum potestatur.

Cone. Theol. Tom. VI.

mortaliter peccat. Quamvis autem sic eadem fides quam habemus de Christo, & quam antiqui patres habuerunt; tamen quia ipsi praecesserunt Christum, nos autem sequimur; eadem fides diversis verbis significatur a nobis, & ad eis. Nam ab eis dicitur: Ecce virgo concipiet, & pariet filium: quae sunt verba futuri temporis. Nos autem idem representamus per verba praeteriti temporis, dicens, quod concepit, & peperit. Et similiter caeremoniae veteris legis significabant Christum veni futurum, & passurum, nostra autem sacramenta significant ipsum iam natum, & passum. Sicut igitur peccat mortaliter qui nunc suam fidem protestando dicitur Christum nasciturum, quod antiqui pie, ac veraciter dicebant; ita etiam peccat mortaliter, si quis nunc caeremonias observaret, quas antiqui pie, & fideliter observabant. Tunc enim omnes caeremoniae portendebant Christum futurum; nunc autem omnia nostra sacramenta annuntiant Christum natum, passum, & in caelis regnantem. Quapropter si quis, morte Christi peracta, uturpasse Moisaicas caeremonias ad significandum Christum futurum, peccasset, & quidem graviter.

XXVII. Id solum in disputatione vocatur, utrum, si quis ex tempore quo nondum omnino publicatum Evangelium fuit, observasset legalia Moisaica, praescindendo ab eorum significatione, quod quatenus a Deo praescripta erant, peccasset mortaliter. In utraque partem disputant Augustinus, & Hieronymus, quorum disputationes recenset S. Thomas loc. cit. art. 4. ad I. Diversimode sensisse videntur Hieronymus, & Augustinus. Hieronymus enim dicitur duo tempora: unum tempus ante passionem Christi, in quo legalia non erant mortua, quae non habentiam vim obligativam, aut expiatoriam profuso modo; nec etiam erant mortifera, quia non peccabant ea observantes: statim autem post passionem Christi inceperunt esse non solum mortua, id est non habentia virtutem, & obligationem, sed etiam mortifera, ita scilicet quod peccabant mortaliter quicumque ea observabant. Unde dicebat, quod Apostoli legalia nunquam observaverunt post passionem secundum veritatem, sed solum quaedam pia simulatione, non scilicet scandalizarent Iudeos, & eorum conversionem impedirent. Quae quidem simulatio sic intelligenda est, ut non quidem ita, quod illos actus secundum veritatem non fuerent, sed quatenus faciebant observantem legis caeremonias observantis; sicut si quis peccatum virilis membri abstraheret propter sanitatem, non causa legalis circumcissionis observanda. Sed quia indecens videtur quod

M 3

Apo

Apolloni ac occultarent propter scandalum que  
 pernent ad veritatem vite, & doctrinæ; &  
 quod simulatione uterentur in his que per-  
 tinent ad salutem fideliū; ideo convenientius  
 Augustinus distinxit tria tempora: animum  
 quidem ante Christi passionem, in quo legalia ne-  
 que erant mortifera, neque mortua; aliud  
 autem post tempus Evangelii divulgati, in quo  
 legalia sunt mortua, & mortifera: tertium au-  
 tem est tempus medium, scilicet a passione Chri-  
 sti usque ad divulgationem Evangelii, in quo  
 legalia quidem fuerunt mortua, quia neque  
 vim aliquam habebant, neque aliquis ea ser-  
 vare tenebatur; non tamen fuerunt mortifera,  
 quia illi qui conversi erant ad Christum ex Iu-  
 daeis, poterant illa legalia licite observare,  
 dummodo non sic ponerent spem in eis, quod  
 ea reputaret sibi necessaria ad salutem, quasi  
 fides Christi sine legalibus insufficiens non posset.  
 His autem qui convertebantur ex gentilitate  
 ad Christum, non imerat causa ut ea observa-  
 rent. Et ideo Paulus circumcidit Timotheum,  
 qui ex matre Iudæa gentilis erat; Titum au-  
 tem, qui ex Gentilibus natus erat, circumci-  
 dere noluit. Ideo autem noluit Spiritus sanctus  
 ut sciam inhiberetur his qui ex Iudæis conver-  
 tebantur, observatio legalium, sicut inhibeba-  
 tur his qui ex Gentilibus convertebantur, gen-  
 titilitatis ritus, ut quedam differentia inter hos  
 ritus ostenderetur. Nam gentilitatis ritus re-  
 pudabatur tamquam omnino illicitus, & a  
 Deo semper prohibitus; ritus autem legis ces-  
 sabat, tamquam impletus per Christi passionem,  
 ut pote a Deo in figuram Christi infusus.

XXVIII. Ex his manifeste constat legales  
 ceremonias mortuas quidem fuisse post Chri-  
 sti mortem, sed minime mortiferas; cum  
 Apolloni Spiritus sancti illustratione, per se  
 easdem servaverint usque ad sufficientem E-  
 vangelii promulgationem factam, ut patet  
 ex circumcissione Timothei. Paulus ipse mo-  
 re Nazæorum caput sibi totodid, purifica-  
 vit seipsum cum Iudæis, tamquam intravit,  
 oblationem fieri pro se consensit, ut colligitur  
 ex Act. xv. Quæ sane S. Paulus non peregris-  
 set, si mortifera tum temporis manda-  
 ta legalia fuissent. Neque ista simulatio-  
 ne, ut contendit S. Hieronymus, S. Paulus  
 ceterique Apolloni peregrerunt, sed sincero  
 animo, ut cum Augulino defendit S. Tho-  
 mas. Quæ enim sunt reipsum mala, vel si-  
 mulationis testis agi nequeunt: alioquin et-  
 iam gentilitatis ritus sub simulatione facti  
 celebrare Apollolus potuisset, ut facilius Gen-  
 tiles ad Christi fidem adduceret; quemadmo-  
 dum efficaciter argumentatur S. Augulinus  
 epist. ix. ad Hieronymum. Si propterea Pau-

lus illa sacramenta celebravit, quia simulavit  
 se Iudæum, ut Christum lucrifaceret, cur non  
 etiam sacrificavit cum Gentilibus, quæ & eis  
 qui sine lege erant, tamquam sine lege factus  
 esset, ut eos quoque lucrifaceret; nisi quia &  
 illud fecit ut natura Iudæus, & hoc totum  
 dixit, non ut fallaciter se fingere esse quod non  
 erat? Et, ut paucis controversiam, perstrin-  
 gam, quasi iuris inficias, in re gravissima,  
 quemadmodum est religionis negotium, menda-  
 cium peccatum esse morale? Mendaces  
 itaque fuissent Apolloni, impietatis, & scan-  
 dali rei, si mortifera legalia observassent.

XXIX. Plura Scripture divine testimonia  
 opponit S. Hieronymus. Act. vii. narratur,  
 Paulum circumcidisse Timotheum propter Iu-  
 daeos qui erant in illis locis: & I. Corinth. cap.  
 ix. hæc de seipso Paulus testatur: Factus sum  
 Iudæis tamquam Iudæus, ut Iudæos lucrifa-  
 cer. Itum II. Corinth. xii. libidit: Cum essem  
 apertus, dolo vos cepi. Primum testimonium  
 nil difficultatis ingerit: quoniam observant  
 Apolloni legalia, quia ad modum moderata non  
 erant, ut facilius ad Christum Iudæos allice-  
 rent; & hoc in sensu testatur Paulus se Iu-  
 daeis accomodasse, ea omnia concedendo,  
 agendoque quæ fieri licite tum poterant. Al-  
 terum testimonium perperam opponitur, cum  
 ibi nulla sit legalium mentio; sed sermo de  
 victu ministris Dei exhibendo. Inquit Apo-  
 stolus: Sed esto. Ego vos non gravavi; sed  
 cum essem apertus, dolo vos cepi. Quibus ver-  
 bis removet S. Paulus suspitionem Corin-  
 thiorum, qui gravamen ministrorum obtin-  
 debant. Audiamus interpretationem S. Thoma-  
 e in hunc textum lect. v. *Eslo, id est dato  
 & concessio quod ego in persona mea, & eorum  
 qui mecum sunt, aliquid accipiendo non gra-  
 vavi vos; sed sicut realitatis, concessio apertus  
 bona, dolo &c. id est per alios detrahi vobis  
 bona vestra plurima. Sed hoc esse falsum, quia  
 nihil ex eo dolo feci. Hæc ergo suspitionem ex-  
 cludit consequenter, cum dicit: Numquid per  
 aliquem eorum quos misi ad vos, circumveni-  
 vos? S. Paulus, dum ad Galat. v. inquit: Si  
 circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.  
 Inquitur de is qui existimabant ad salutem  
 necessariam esse circumcissionem, quam ipse  
 in Timotheo fieri concessit, non ut necessa-  
 riam, sed ut indulgeret Iudæis legalia adhuc  
 permitta, ar non necessario observanda.*

XXX. Si legalia permitta erant, cur ergo  
 Paulus reprehendit Petrum, Barnabam, &  
 Iudæos Actiochenos, quod legalia servarent?  
 Inquit enim Paulus ad Galat. ii. *In faciem  
 ei resisti, quia reprehensibilis erat. & simu-  
 lationi eius consenserunt ceteri Iudæi, ut*

ut & Barnabas duceretur ab eis in illam si-  
 mulationem. Sed cum vidissem quod non  
 ambulant ad veritatem Evangelii, dixi  
 Cepha eorum contritus: Si tu, cum Iudæus  
 sis, gentiliter vivis, & non iudicæ; quomodo  
 Genes cogis iudicæ? S. Hieronymus con-  
 tendit, simulare Petrum illa omnia egisse,  
 simulatamque fuisse Pauli reprehensionem.  
 Quam interpretationem, ut fallam, rejicit  
 Augulinus epist. xix. cap. ii. Et primum probat,  
 alterum ex Apollolis errasse, in-  
 quiens: Si hoc facit Petrus quod facere debuit,  
 venientis est Paulus, quod eum viderit non re-  
 ste ingrediendum ad veritatem Evangelii. Quis-  
 quis enim hoc facit quod facere debet, recte  
 utique facit: & ideo falsum de illo dicit qui  
 dicit, eum non recte fecisse quod eum mori  
 facere debuisset. Si autem verum scripsit Paulus,  
 verum est quod Petrus recte tunc non  
 ingrediebatur ad veritatem Evangelii: id ergo  
 faceret quod facere non debebat: & si tale  
 aliquid Paulus ipse iam non fecerat, correctum  
 potius etiam ipsum credam Coapostoli sui cor-  
 rectionem non potuisse negligere, quam menda-  
 cium aliquid in sua epistola posuisse, & in  
 epistola qualibet: quanto magis in illa in qua  
 prælucet ait: Quæ autem scribo vobis, ecce  
 coram Deo, quia non mentior. Ego quidem  
 illum Petrum sic egisse credo, ut Genes  
 cogeret iudicæ. Paulus ergo, teste Augulino,  
 legalia observavit eis in circumstanti-  
 is in quibus non scandalum, sed edificationem  
 Iudæorum essent, ne scilicet isti existimarent ea  
 mala esse quæ per Moysen a Deo prescri-  
 pta erant. Contra Petrus, Antiochia lega-  
 lia servando, Gentibus ad Christi fidem con-  
 versis scandalum fuit. Cur? quia Gentibus an-  
 tiam credendi porrexit, se legalium observa-  
 tionum strictos esse, cum tamen liberi ab eis-  
 dem essent. Petrus se Gentibus conversis  
 iudicavit, ut cum Iudæis legalia servaret.  
 Ergo (colligebant heic conversæ ad Chri-  
 stem Gentium) legalium observatio necessaria  
 est, si Petrus, ut illa servet, a nobis recessit.  
 Et reipso hoc pacto S. Paulus loc. cit. argu-  
 mentatur: Si tu, cum Iudæus sis, gentiliter  
 vivis, & non iudicæ; quomodo Genes cogis  
 iudicæ? id est exemplo, & conversatione  
 tua. Ambo ergo Apolloli eisdem doctrinæ  
 omnino erant, videlicet legalia nec esse  
 mortifera adhuc, nec necessaria ad salutem.  
 Paulus ea adhibuit iis in circumstantiis in  
 quibus illorum observatio opportuna erat.  
 Contra Petrus ea occasione illa adhibuit in  
 qua Genes scandalum passæ sunt, existima-  
 tiones legalium observantium necessariam  
 ad salutem esse. Idcirco merito a Paulo re-

prehensus. Error itaque Petri, non doctrinæ,  
 sed inadvertentiæ, & conversationis mi-  
 nus caute facti, ut sapienter advertit S. Au-  
 gulinus loc. cit. Neque enim negamus in hoc  
 sententia fuisse iam Petrum in qua & Paulus  
 fuit. Non itaque tunc enim, quid in ea re  
 verum esset, decebat; sed eius simulationem  
 qua Genes iudicæ observantibus, arguebat:  
 non ob aliud, nisi quia illa omnia simulatio-  
 gerebantur, tamquam verum esset quod illi di-  
 cebant, qui sine circumcissione, prescriptis, at-  
 que aliis observantibus umbra futurorum pu-  
 tabant credentes salvos esse non posse. Simula-  
 tio Petri, facti, non animi, conversationis, non  
 doctrinæ fuit: sed suo facto quo se sub-  
 duxit Gentibus, occasione credendi eidem  
 dedit, observantiam legalium necessariam esse  
 ad salutem. Ipse tamen persuasus erat le-  
 galia iam cessare. Sciendum tandem, Augu-  
 lino accessisse Hieronymum, qui suam res-  
 tractavit sententiam; ut testatur Augulinus  
 epist. cclx. Si plura cupis, lege Augulinum,  
 & Thomam loci laudatis.

XXXI. Obviniunt etiam post Redem-  
 ptoris mortem legalium usus. Desit cum  
 Christi morte obligatio; mortuæque præcepta  
 legalia remanserunt, novo promulgato ce-  
 dere. At tempus definitum quo mortifera  
 esse coeperunt, designari vix potest. Cum  
 minor opinio cum templi destructione mor-  
 tifera facta fuisse legalia prohibitorum docet.  
 Congruentiam dilationis perhibet S. Augulinus  
 epist. xix. *Legalia, sicut desinita cor-  
 pora usque in finem, deducenda erant qualiam-  
 modo ad spirituum, nec simulata, sed religio-  
 se: non autem desinenda continuo, vel immo-  
 ribus obreptationibus, tamquam canem mor-  
 bus, prævidenda. Non tamen ideo fuerunt,  
 tamquam diabolica Gentium facilligata, fugien-  
 da, etiam cum ipsa gratia iam coepit recedi-  
 re, sed permittenda paululum eis maxime qui ex  
 illo populo cui data sunt, venerant. Postea-  
 vero tanquam cum honore sepulta sunt, a Chri-  
 stianis omnibus irreparabiliter deservenda.*

XXXII. Equato solo templo, cessavit ho-  
 stia, antiquum est sacrificium, populique  
 pro terram dispersis ambulantibus profugus.  
 Tunc argumenta reprobationis tum legalium,  
 tum populi apparere. Accessit quod tunc pro-  
 mulgatio Evangelii adeo late insonuit, ut  
 distantior alterius necessaria non videretur.  
 Unius aut alterius ceremoniæ diutius obtin-  
 tum consuetudo. Signidem a sanguine, &  
 suffocato diti abstinere Christiani, non  
 quod lege Mosaicæ essent prohibita, sed quod  
 Apolloni in Concilio Hierofolymitano hanc



tiam cum ipsa nobis Christus infundit. Lex Moisaica onus imponebat; at gratiam non imperiebat. Contra Christus suam ferendo legem tanta gratiarum copia nos donavit, ut legis fide iugum suave efficeret, & leve. Lex Moysi servitium, Lex Christi libertas est. Audiamus S. Augustinum Lib. cont. Advers. & Prophet. cap. 111. *Lex igitur data est per Moysen, facta autem est gratia per Iesum Christum; cum per eius spiritum caritate diffusa in cordibus nostris sit ut quod lex precipit, impletur. Quod quum per litteram sulcerat, non littera, sed spiritus impletur. Unde illud quod scriptum est, Non concupiscit, per Moysen lex est: sed per Christum fit gratia, quando quod iubetur, impletur. Veritas autem facta est per Christum, propter illa que in prophetia legis sunt promissa: quia in Christo eminent reddita. Ut paucis omnia comprehendam, lex Christi lex est libertatis a servitute peccati: lex est filiorum, qui amore virtutis, non formidine poenae, Domino parent. Iusto non est impossita lex: non quod iusti liberi a lege sint, sed quod iusta virtutis amore flagrant, ut etiam abique lege virtutum officia implerent.*

V. Præcepta legis evangelicæ tres in classes tribuantur. Alia moralia, alia ceremonialia, alia fidei sunt. Præcepta moralia iuris naturæ sunt, & ad illud revocantur; quæ Christus non instituit, sed clarius explanavit, inculcavit, & ab erroribus quibus hominum pravitate implicata erant, purgavit. Cereimonialia, seu sacramentalia ipse instituit, abrogatis iis quæ Moisaica lege præscripta erant. Fidei arcana, quæ umbris & figuris involuta erant, nova lege perfudit, declaravitque. Quare divina illa arcana quæ ante illius adventum consule tantum, & implicite credebantur, nunc expresse credenda sunt.

VI. Novi Reformati Decalogi mandata impossibilia observata asserunt, potissimum interioribus actibus. Quare prava desideria interna nihil pendunt. Omnia peccati originalia lex inquinata esse contendunt. Sacramentalia mandata similitè rejiciunt. Sacramenta, ut signa utilia ad excitandam fidem, admittunt, secus ut necessaria ad salutem. Hæreses istas, seu verus deliria, conceptis verbis Scriptura divina improbat, & Ecclesia catholica in Concilio Tridentino damnavit. Nihil frequentius in Evangelio inculcatur quam mandatorum custodia. Inquit enim S. Ioannes epist. I. cap. v. *Hec est enim caritas Dei, ut mandata eius custodiamus: & mandata eius gravia non sunt. Si non gravia, eo*

minus impossibilia. S. Mattheus cap. v. *Non vultis solvere legem, sed implere; & cap. xviii. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Sexcenta alia eiusmodi adserere possem, ut deliramenta calviniana labefactarem. Sed miserationis potius quam confutationis digni sunt cæci Calvinistæ: & quod homines docti, acuti, & eruditi tam solida commenta adoptaverint, ineptique cavillationibus obtegere conentur, argumenta tunc illorum reprobatioris. Ut abulus, & corruptelas plurimum Catholicorum, quibus semper abundabit mundus, auferrent, universam Christi legem de medio tollerent. Præcepta ipsa sacramentalia necessaria ad salutem negant; quamvis Evangelistica Ioannes clamet cap. 111. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Quæ luculenta verba cavillari minime erubescit Calvinus; quemadmodum præceptum eucharisticum, quod inculcat S. Ioannes cap. vi. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Lutherani, Calvinianique, cum adversus communionem sub unica specie disputant, præceptum suscipiendi utramque speciem exaggerant; & secum pugnantia omnia præcepta expresse à Christo lata negant, & cuncta fidei præcepta committuntur que non sunt. Unicum fidei præceptum admittunt, cum tamen Christus Dominus non minus fidem quam baptismi susceptionem, quoad fieri potest præcipiat Marc. xvi. *Qui creditur, & baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.* Cur primum fidei mandatum, secus alterius baptismi admittant Calvinistæ, non aliam præter eorum obligationem, & cæcitate assignare rationem valent.

VII. Congruentes rationes cur Christus præter mandata quæ actus internos dirigunt, tulerit præcepta quæ exteriora officia moderantur, assignat S. Thomas 1. 2. quæst. cxxii. art. 1. his verbis. *Principalis legis novæ est gratia Spiritus sancti, quæ manifestatur in fide per dilectionem operante. Hanc autem gratiam consequuntur homines per Dei Filium hominem factum, cuius humanitatem Deus replevit gratia, & exinde est ad nos derivata.... Et ideo convenit in per aliqua exteriora sensibilia gratia a Verbo incarnato profuens in nos deducatur; & ex gratia interiori, per quam caro spiritui subditur, exteriora quadam opera sensibilia producantur. Sic igitur exteriora opera dupliciter ad gratiam pertinere possunt. Uno modo sicut inducentia aequaliter ad gratiam; & talia sunt opera sacra-*

sacramentorum quæ in nova lege sunt instituta; sicut baptismus, eucharistia, & alia huiusmodi. Alia vero sunt opera exteriora, quæ ex instinctu gratia producantur; & in his quædam differentia est attendenda. Quædam enim habent necessariam convenientiam, vel contrarietatem ad interiorum gratiam, quæ in fide per dilectionem operante consistit; & huiusmodi exteriora opera sunt præcepta, vel prohibita in lege nova; sicut præcepta est confessio fidei, & prohibita negatio: dicitur enim Matth. x. Qui confitebitur me &c.... Alia sunt opera quæ non habent necessariam contrarietatem, vel convenientiam ad fidem per dilectionem operantem; & talia opera non sunt in nova lege præcepta, vel prohibita ex ipsa prima legis institutione; sed relicta sunt a legislatore, scilicet Christo, unicuique, secundum quod aliquis altius curam gerere debet: & sic unicuique liberum est circa talia determinare sibi ipse exaltare, vel vitare, & cuiusque præfident circa talia ordinare suis subditis quid sit in talibus faciendum, vel vitandum. Unde etiam quantum ad hoc dicitur lex Evangelicæ libertatis: nam lex veteris multa determinabat, & pauca relinquebat hominum libertati determinanda.

VIII. Non una, sed pluribus rationibus differt lex nova a veteri. Et primum Moisaica lex ordinata fuit ad novam, a qua perficienda erat. Quapropter dicit Christus Dominus Matth. v. *Non veni solvere legem, sed adimplere, seu perficere quæ illa portendebat.* Utriusque legis finis unus est, ut homines Deo coniungant. Porro unus Deus est & veteris, & novi testamenti, iuxta illud S. Pauli ad Rom. 111. *Unus Deus est qui iustificat circumcissionem ex fide, & præputium per fidem.* Animadvertit S. Thomas 1. 2. quæst. cvii. art. 1. quod licet eadem fides utriusque legis sit, tamen statum in testamento novo habet diversum ab eo quem in veteri habebat: nam quod illi credebant futurum, nos credimus factum. Sed præcipuum discrimen novæ a veteri lege hoc est, quod nova

vim continet iustificandi, secus illa, ut docet S. Paulus ad Gal. 11. *Scientes autem quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos Christo Iesu non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.* Lex veteris quadam legali mandata exteriori purificatione homines, & veram interiore iustitiam significabat quidem, & ad eam præparabat; conferre tamen eam minime poterat. Quare omnes veteris testamenti vini Dei iustificationis donum media fide in Christum venturam affectu fuit. Lex vero nova gratiam iustificantem conferit: quia præsentem, non futuram, Christum iustificationis fontem continet. Advertas tamen velim, iustificationis donum non conferri ab ipsis præceptis, quæ solum præscribunt, & declarant quid agendum, quidque credendum sit; sed a sacramentis, quæ virtute meritorum Christi Domini repleta gratiam infundunt. Tandem diversæ alie discriminis rationes occurrunt. Lex veteris lex timoris, nova lex amoris est; illa Angelorum ministerio, hæc ipsius Christi ore promulgata fuit; illa bona temporalia, hæc æterna præmia promittit.

IX. Adversus evangelicæ legis durationem primis Ecclesiæ sæculis varii errores obtinuerunt. Montanus sæculo secundo antiquatum Evangelium, leque perfectionem promulgasse legem effudit: quæ iustitiam renovavit Manichæus tertio Ecclesiæ sæculo. Mahumetes ultra progressus, tres leges commentus est, Moisaicam, evangelicam, & tertiam quam ipse invenit, Alcorano contentam. Evangelicæ promulgata, abrogata fuit Moisaica; & Alcorano evulgato, cessavit Evangelium. Quæ deliria confutatione non egent. Lex quippe Christi usque ad sæculorum consummationem durabit, teste ipso Christo, qui Matth. xxvii. promittit Apostolis suis: *Ego ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.*